



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurrentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Ad Quæst. 37. Additio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

siue quocumque alio sine iuret se non fecisse aliquid, quod revera fecit, intelligendo nisi aliquid aliud, quod non fecit, vel aliam diem ab ea in qua fecit, vel quodvis aliud ad idem verum, revera non mentitur nec est periurus.

Per hoc tamen non omnino rejectæ videntur illæ amphibologicæ locutiones quarum verba non ex solâ cogitatione, aut restrictione iurantis, sed ex ipsâ iuratura, vel communi usu æqualiter utrumque sensum recipiunt, de quibus intelligitur *Text. in cap. humane aures. 22. quæst. 7. & de his loquitur Turrecrem. in §. quatuor pro cap. Hoc videtur eadem quæst. & Caietan. supradict. quæst. 89. art. 7. Soto de iustitia. quæst. 6. art. 2. conclus. 7. & de secreto memb. 3. quæst. 3. conclus. 3. in fine, prout nec perit prohibetur videtur illi, qui iniuste, & contra juris ordinem à Judice interrogatus, licitis mediis veritatem celare, dummodo mendacium non dicat, ut inquit S. Thom. 2. 2. quæst. 69. art. 1. in corp.*

Ad Quæst. 37. Additio.

DE duplici modo interveniendi ad causam per alium inchoatam vide *Alidos. de Commiss. Formula 9. in princip. vers. duobus autem modis Cœsar. per. quæst. cap. 13. Afflit. decis. 235. num. 6. & seqq. Ridolfin. in praxi lib. 2. cap. 4. num. 96. & seqq. ubi quod interveniens ad causam principaliter pro suo interesse ad conclusionem alterius, vel utriusque litigantis potest facere committi causam principaliter ut in prima, quod facere non potest is, qui tantum inter venit ad defendendum unum ex litigatoribus, hic enim debet venire in statu & terminis, nec potest debere forum. Bald. consil. 417. lib. 4. Anchar. consil. 183. num. 1. & seqq. nec statum & naturam iudicii mutare. *Rota coram Gregorio decis. 576. num. 7. & vid. plenius de sent. ad eundem Gregor. decis. 259. & decis. 303. & Rot. coram Coccino decis. 144. num. 3. & in recent. decis. 27. num. 3. part. 3.**

